

illos natos, hoc firmatum: hinc eam, quæ se spontè nobis jam offert, Thematis nostri tractationem specialem, ita in sequentibus erimus profecuturi, ut secundo Capite de Jure exequendi, quale id ante Duces Circulares constitutos, atque die Crayß-ausschreibende Fürsten planè efformatos fuerit, dispiciamus, addentes Capite Tertio Statum ejusdem modernum, denique & Capite Quarto speciali illi in Rubro signatæ Controversiæ mancipato Colophonem toti huic libello imponamus. Faxit Deus, ut feliciter!



C A P U T II.

Tradit exequendi Juris Statum sub Maximiliano I.

- | | |
|--|---|
| <p>§. 1. Quando hereditarium factum fuerit das Crayß-anschr. Amt.</p> <p>§. 2. Quando constituti fuerint Duces Circulorum?</p> <p>§. 3. Multa in hac Periodo esse obscura atque irregularia.</p> <p>§. 4. Jus decernendæ Executionis competit Imperatori.</p> <p>§. 5. Sed cum limitatione.</p> <p>§. 6. Jus perficiendæ Executionis habuere Status.</p> | <p>§. 7. Quod ad se pertrahere annis fuit Imperator.</p> <p>§. 8. Status exsecuti sunt I. Recessus atque Ordinationes Imperii.</p> <p>§. 9. II. Sententias summorum in Imperio Judiciorum.</p> <p>§. 10. III. Pacificationes Imperii.</p> <p>§. 11. Quis decreverit atque perfecit Executionem in rebus Circularibus?</p> |
|--|---|

§. I.

Constitutum cum nobis sit agere præsentis Capite: de Jure exequendi, quomodo cum eo ante planè efformatos die Crayß-ausschreibende Fürsten natosque Duces eorum comparatum fuerit? id omnium primò nobis videtur incumbere, nostram ut de promamus sententiam; quoniam ergò tempore planè efformati fuerint die Crayß-ausschreibende

schrei-